

Quoniam super his quae inter mortales aguntur per temporis successionem quæstio dubitatis quandoq; solet oriri, necesse est, ut quorum notitia transmittenda est posteris, personarum testimonio, et literarum memoria perhennentur. Ego igitur Vitus Dei gratia Cracoviensis prepositus notum facio, tam presentis quam futuri temporis Christianis, quibus hæc litera fuerit ostensa, quod villam meam Smrosow, vendidi pro sexaginta marcis Henrico preposito Miechoviensi cum omnibus attinentiis prædicta domui perpetuo servitutam. Et ne factum meum rationabiliter celebratum imposteorum possit in irritum revocari, coram capitulo Cracoviensi ad manus fratris Wilhelmii, eandem villam resignavi domui memorate. Acta sunt hæc anno Domini incarnationis, millesimo ducentesimo trigesimo sexto, decima octava Kalendas septembris. Testes qui hoc audiverunt, et viderunt, hi sunt: Andreas scholasticus, Radulphus cantor, Niolaus custos, Valbertus, Fridericus, Vicentius, Lulislauus, Joannes Albertus, Lulislauus Troianus canonicus; Gerardus submagister, et frater eius Joannes, Alexander, Petrus, Gregorius, Wyslauus, Tobias, Auxilis vicarius, Lixymas, Petrus sanctuarius, Augustinus, Boguslawus et alii quam plures.

Monastica.

1788. To the Hon. the Secy of the Navy

*[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to fading and bleed-through.]*

Manassas

*[Small handwritten mark or signature at the bottom left corner.]*